



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.14. Epistola contra Michaëlem Palæologum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Papa Urbanus Alberto Parmensi Notario
 Nuncioque suo, cui hoc negotium com- Sæc. XIII.
A.C. 1262.
 miserat, scribens integerrimam S. Ludo-
 vici mentem summopere laudat; sed illi
 præcipit, ut hunc ei scrupulum eximat,
 dicatque, Apostolicæ Sedis jus satis ex-
 aminatum fuisse a Papa & Cardinalibus,
 qui pariter æquitatem colant, ab infe-
 renda cuiquam injuria alienissimi. Re- Rayn. 2253.
n. 2.
 cusante Rege Albertus jubebatur Sici-
 liam ejus fratri Carolo Andegaviæ Pro-
 vinciaeque Comiti offerre, cui eam novem
 abhinc annis Innocentii IV. nomine jam
 detulerat.

§. XIV.

*Epistola contra Michaelem Palæolo-
gum.*

Sanctus Ludovicus Alberto Nuncio in-
 dicaverat, se magno teneri desiderio
 subveniendi Imperio Constantinopolitano,
 scilicet Imperatori Balduino Latinisque
 illud recipere cogitantibus. Idcirco Pa- Rayn. 1262.
n. 39.
 pa Urbanus Regi epistolam scripsit in hanc
 sententiam: Christianos inter Principes
 solus Ecclesiæ mala sincere doles, solus
 eam semper juvare cupis. Quapropter in
 summo moerore, quem Constantinopolis
 jactura nobis peperit, inox oculis in te
 conjectis, Episcopum Aginensem ad te
 misi-

|C c 4

Sæcul. XIII misimus, qui tecum & cum regni tui
A.C. 1262.

Gall. Chr.
to. 2. p. 71.
Bibl. Clun.
p. 1665.

Præsulibus hoc negotium tractaret. Hic Episcopus erat Guilielmus Pontesianus, antea Præfectus Charitæi, deinde Abbas Cluniacensis, anno sequente 1263. 17. Nov. mortuus, & Parisiis ad S. Martinum de Campis sepultus. Papa ad S. Ludovicum ita pergit: Sed Imperatoris Balduini, Ducis Rainerii Zenonis ac Republicæ Venetæ Legatorum, aliorumque complurium Romaniae Latinorum adventus nostrum nuper dolorem acerbissime renovavit, cum hunc Imperatorem a Græcis schismaticis in æternum Latinorum dedecus ita pulsus cernemus.

Itaque huic Imperio, &, quod consequitur, Terræ sanctæ, cuius emolumentum cum illo conjunctum est, festinas comparare suppetias cupimus, eo magis, quia Latini Optimates Achajæ, Moreæ, vicinarumque insularum etiamnum Domini, numerosas copias terra, & Veneti magnificam triremium classem mari possessoribus inquis fortiter opponere parati sunt, transitum quoque cunctis auxilio venturis gratuito offerentes. Quare Andream Spoletanum Archidiaconum Paphium facelli nostri Præfectum, cui omnia, quæ tibi viva voce dixerit, credere possis, ad te mittimus, orantes, ut præsidium tuum in Romaniae Imperium exten-

extendas, ac Regni tui Præfules ad lar- *Sæcul. XIII.*
gum subsidium contribuendum stimules, *A.C. 1262.*
quod per alias litteras eis injunximus,
prout id Aginensis Episcopus ab ipsis po-
stulaverit. Dabat 5 Junii an. 1262.

Sub idem tempus Papa Fratrum Mi- *ap. Rayn. n.*
norum per Franciam Ministro Provincia- *34. Vading.*
li præcepit, ut per Ordinis sui Fratres *1261. n. 17.*
classicum toto in regno contra Michae-
lem Palæologum cani, sacrisque militi-
bus eandem noxarum veniam, quæ ter-
ram sanctam potentibus concessa esset,
ac iis, qui ad conciones de bello sacro
venirent, quadraginta vel centum die-
rum indulgentiam promitti curaret.

§. XV.

Arsenius Palæologum proscribit.

Interim Palæologo Constantinopoli quie-
te frui non licuit. Patriarcha Arse- *Pachym.*
nius, ubi juvenem Imperatorem Joan- *III. c. 14.*
nem ab eo excæcatum esse audiit, præ
dolore impos animi ascendere per omnem
domum suam ac descendere, ingentes
edere clamores, suum pectus percutere,
cœlum terramque appellare testes, totam
naturam in opem vocare. Dein congregatis,
qui tum in urbe aderant, Præfusi-
bus exposuit, Palæologum juramenta
sua violentem ipsi ac Deo illusisse, quæ-
suntque, quid agendum esset, ut ne per-

C c 5 fidus